

EMENDATIONES HERODOTEAE

PARS I.

QUA EDITA

SOLLENNIA ANNIVERSARIA

IN

GYMNASIO REGIO NORIMBERGENSI


DIE XXIII. MENSIS AUGUSTI MDCCCLIII

RITE CELEBRANDA

INDICIT

GODOFREDUS HEROLD
GYMNASII PROFESSOR.

NORIMBERGAE
TYPIS FRIDERICI CAMPE ET FIL.
1853.

Ardemus scitari et quaerere causas.

Libr. I, 131.

Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοισίδε χρεομένους· ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς κατάπερ οἱ Ἕλληνες εἶναι. οἱ δὲ νομίζουσι Διὶ μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν οὐρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν κτλ.

Quoties haec verba legi, toties mihi non offensioni modo fuit, sed stomachum movit molestum illud participium *ποιευμένους*, quo efficitur, ut totius sententiae structura conturbetur atque deformata et bono scriptore indigna decurrat oratio. Nam primum incipit a verbis *ἀγάλματα μὲν* longior morum Persarum descriptio; jure igitur exspectes fore ut haec non aliunde pendeant, sed ex usu Herodoteo in suo quasi fundamento innixa stent. Deinde quum duo membra sibi respondeant, alterum, quod continetur verbis *ἀγάλματα — ἱδρύεσθαι*, alterum per *οἱ δὲ νομίζουσι* oppositum — hoc enim dicitur: Persae neque simulacra neque templa neque aras statuunt, sed Jovi quidem in altissimis montium sacra faciunt — utrumque fere aequabiliter conformari debebat. Nunc horum nihil factum esse videmus. Nam et ea, quae in principio posita sunt, cum iis, quae proxime sequuntur, arcte insolitoque modo cohaerere videntur, et prius membrum adeo non respondet posteriori, ut ne cum illo quidem, quod uno velut tenore annexum interponitur, *ἀλλὰ καὶ τ. π.* consentiat. Quae quum ita sint, semper optavi, sicut permulti alii loci, quorum de integritate antea nemo dubitavit, nunc recentiorum arte critica emendati leguntur, ita hunc quoque eximi posse e numero eorum, quos incuria quadam scriptoris laborare putant. Sed frustra quaerebam aliquam hujus loci medelam, quippe cum aliis falsa opinione captus de potestate verborum *ἐν νόμῳ ποιευμένους*. Nunc tandem mihi persuasi his nullo modo posse id significari, quod sententia requirit. Nusquam enim apud Herodotum *ποιεῖσθαι* idem valet quod *ἔχειν*, sed ubique in ejusmodi locutionibus est: aestimare vel existimare. Quapropter *ἐν νόμῳ ποιεῖσθαι*, si esset ab Herodoto scriptum, nequaquam esset: in more habere, sed nihil aliud significare posset nisi hoc: moris esse existimare; quod quam sit nostro loco ineptum, facile apparet. Neque vero credibile est eum hic sibi constare noluisse, quum, ubicunque populus aliquid in more habere aut non habere dicitur, semper aut verbo *νομίζειν* aut nomine *νόμος* usus sit. Itaque hoc quidem certissimum est, vocem *ποιευμένους* non esse conjungendam cum antecedentibus.

Hinc conjecturam fieri licet de vera scriptura, cujus locum inepta commenta per longam seculorum seriem occupaverunt. Nam praeter unum codicem Florentinum, in quo vox illa

omissa est, reliqui omnes vulgatam praebent scripturam. Sed ut breviter dicam, aut ego egregie fallor aut Herodotus haec scripsit:

ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐ νενομίκασι ποιέειν ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι.

Unam literam prave lectam tantum intulisse malum vix crederes, nisi multis locis idem accidisse constaret. Prorsus simili modo pro *ἐς Φώκαιαν ἔρχονται* (II, 106) in codice S. distractis syllabis scriptum est: *ἐφ' ᾧ καὶ ἀνέρχονται*. Prima igitur litera verbi *νενομίκασι* per compendium scripti pro *κ* accepta — confundi autem *ν* et *κ* notum est — quum jam necessario praepositio *ἐν* cum casu suo insequi, infinitivus autem verbi *ποιέειν* ineptus esse videretur, hunc librarius post *οἶδα χρεομένους* item in participium esse mutandum censuit, quo facto haud dubie bene mereri de scriptore sibi videbatur, si, quod ad integritatem sententiae infinitivus deesset, *ἱδρύεσθαι* adderet, non intelligens nullum aliud vocabulum locum habere posse nisi id, quod in sequentibus *ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι* repetitum est.

Tali modo et laudem historici a vetere injuria vindicatam et quemvis Herodotei ingenii peritum ejus rationem dicendi agniturum esse spero. Eorum autem causa, qui circa codicum vestigia haerentes vel evidentissima dubitanter accipiunt, locum apponam ex libri quarti capite 59, ubi iisdem prope verbis haec de Scythis scripta sunt: *ἀγάλματα δὲ καὶ βωμοὺς καὶ νηοὺς οὐ νομίζουσι ποιέειν.*

Libr. I, 132.

Θυσίη δὲ τοῖσι Πέρσῃσι περὶ τοὺς εἰρημένους θεοὺς ἥδε κατέστηκε· οὔτε βωμοὺς ποιεῦνται οὔτε πῦρ ἀνακαίουσι μέλλοντες θύειν· οὐ σπονδῇ χρέονται, οὐκὶ αὐλῷ, οὐ πέμμασι, οὐκὶ οὐλῇσι. τῶν δὲ ὡς ἑκάστῳ θύειν θέλει, ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος καλέει τὸν θεὸν, ἐστεφανωμένος τὸν τιήρην μυρσίνῃ μάλιστα.

Vitium inesse in hisce verbis unius Immanuelis Bekkeri, viri de literis antiquis immortaliter meriti, subtile judicium perspexit, quippe qui verbis scriptoris hanc brevem adnotationem subjecerit: *ἕκαστος* aptius. Cujus emendationem quum nemo ex iis, qui edendis Herodoti libris operam dederunt, asciverit — nam in Lhardyi quoque editione adnotantis se non dubitasse Bekkeri emendationem recipere ipso, ut videtur, invito vulgata scriptura est relicta — non inutile erit rem diligenter perpendere, ut, quid ab Herodoti manu profectum, quid depravatum esse putemus, intelligatur.

Qui retinent lectionem omnium codicum auctoritate nitentem, primum ejus sententiae initium non satis commode ad remotius nomen referant oportet, deinde quum, quis sacra facere velit, lateat, iisdem supplementum extrinsecus quaerendum est, quod, etsi locos, qui in auxilium vocari possint, minime ignoro, utique aliquid habet offensionis. At si qua ratione demonstrari poterit illud *τῶν δὲ* non ad deos, sed ad Persas ipsos esse referendum, utraque sublata dif-

ficultate sermo erit similior ejus, qui Cicerone judice sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit. Illud vero facile ex consuetudine loquendi Herodotea probari posse confido.

Quemadmodum enim in Homeri carminibus saepe per pronomen demonstrativum particulae δέ conjunctum non aliam personam induci, sed complures ejusdem, de qua sermo est, actiones inter se opponi constat, ita Herodotum poetae exemplum multis modis secutum ne in hoc quidem genere ab illius consuetudine recessisse jam pridem observatum est. Exempla hujus usus cum alii collegerunt tum qui egregie illustrando historico nunc maxime est occupatus, B. H. Lhardy, ad libri primi caput 66. Quamobrem non est dubium, quin sententia scriptoris verba praecedentia μέλλοντες θύειν more suo variantis haec sit: Persae sacra facturi nihil parant eorum, quae Graeci consueverunt, sed si quis eorum sacrificare vult, adducta in locum purum victima deum invocat. Hoc si verum est, necessario inde sequitur subjectum, quod quaerimus, hoc ipso enuntiato contineri, ut Bekkeri emendatio magnam habeat veri similitudinem. Sed ut ingenue fatear, quod sentio, vix mihi persuadere possum ἕκαστος in ἑκάστῳ mutatum esse — ἕκαστος enim et ἕκαστον et ἕκαστοι permutari solent — suspicorque ἑκάστῳ ex longiore vocabulo ortum et quum duo libri, in his Florentinus certior aliis, non θέλει, sed θέλῃ vel ἐθέλῃ habeant, subjectum in ea voce latere, quae proxime antecedit suspecto ἑκάστῳ. Quid multa? Herodotum ego sic scripsisse puto:

τῶν δὲ ὃς ἂν ἑκάστοτε θύειν ἐθέλῃ κτλ.

Literas ο et ω a librariis saepissime esse permutatas in specimine emendat. anno 1850 edito pag. 9 ostendi pertinetque huc maxime, quem ibi commemoravi, locus ex libr. II, 99. Nam quamvis manifestum sit eo loco sic esse legendum: ἔτι δὲ καὶ νῦν ὑπὸ Περσέων ὁ ἀγκὼν οὗτος τοῦ Νείλου, ὃς ἀπεργμένος ῥέει, ἐν φυλακῇσι μεγάλῃσι ἔχεται, in multis tamen bonis libris atque adeo in omnium optimo F. perperam ὡς pro ὃς exaratum invenitur.

Simili modo peccatum esse in ejusdem libri capite 44, ubi nunc secundum omnium librorum scripturam vulgo edunt: σμαράγδου λίθου λάμποντος τὰς νύκτας μ έ γ α θ ο ς, pro certo affirmare ausim. Neque enim unquam adducar ut Herodotum, qui usquequaque simplici ac naturali loquendi genere utitur, qui nusquam orationem flosculis cincinnisque exornat, qui poetae, cujus insistit vestigiis, vero, non fucato colore nitet, uno loco ita a se defecisse credam, ut, quam rem pro ejus natura simpliciter adverbio indicare posset, eam novo potius et inaudito modo Aeschyleae orationis magnificentiam imitatus forma velut pendente nominis substantivi exprimeret. Qua de re etsi Reiskium, virum acri judicio praeditum, idem sensisse credibile est, tamen quod ab illo propositum est, μέγα φῶς, non minus abhorret a scriptoris ingenio, cui id unum censeo accommodatum esse, quod ipse toties scripsit maximeque in extrema sententia collocare consuevit. Nihil enim aliud hoc loco desideratur quam vox μ ε γ ά λ ω ς eaque omnino reponenda est. Nam plus valere debet apud nos Herodoti auctoritas quam codicum consensus, quos qui scripserunt, incredibile dictu est quantum a manu scriptoris aberraverint, sive vetustate librorum sive hominum culpa eà saepe exhibentes, quae sententia excluduntur. Sufficiet pauca ex multis exempla protulisse. VII, 143 omnibus in libris scriptum est ἐόνκως pro ἐόντως, quod cor-

rexit Reiskius; II, 10 pro *μεγάθεα* olim vulgabatur *μεγάθεες;* II, 64 pro *ὀρνίθων γένεα* habet S. *ὀρν. τέλεα*, quod multi praetulerunt, quamquam illud ipsum dixerat Herodotus jam I, 159; II, 92 pro *ἐγγλύσσει* praebent S. et V. *ἐγγύς εἰ;* ibid. haud pauci *ἐκ τῆς γῆς* pro *ἐκ τῆς ῥίζης;* I, 111 pro *ἔνθεν γε ἦν* habet S. *ἔνθε γενεήν;* III, 9 idem et V. exhibent *τὸ ὕδωρ ποτίζωσιν* pro *τ. ὑδ. σώζωσι;* II, 93 pro *πλέα γίνεται ταῦτα* (*τὰ τέλματα*) F. habet *πελάγια γ. ταῦτα;* III, 61 pro *προερέοντα* S. *προελθόντες;* I, 159 pro *νενεοσσευμένα* F. *νενομισμένα;* II, 65 pro codicum scriptura *τῶν δὲ εἵνεκεν ἀνεῖται τὰ ἱρὰ* sententiam poscere *τῶν δὲ εἵνεκεν ἀνεῖται τὰ θηρία* recte vidit Valckenarius idque eo magis necessarium est, quod in iis, quae supra ab Herodoto dicta sunt, tantummodo adjectivum *θηριώδης*, non ipsum substant. *θηρία* posuit. Sed jam manum de tabula.

Ne quis autem miretur *ἑκάστοτε* in *ἑκάστῳ* mutatum, satis constat ex usu notarum plurima vitia esse nata, ut postremae vocabulorum syllabae saepe aut plane negligerentur aut mirum in modum corrumperentur. Ita I, 134 et IV, 33 in nonnullis, Fl. quoque, *ἑκάστῳ* pro *ἑκαστάτω* scriptum est; *ἑκάστου* pro *ἑκατέρου* habent S. et V. III, 8; iidem II, 174 *ἑκάστοτε* pro *ἑκάστοισι*. Atque hic locum esse arbitror disserendi de alia genuinae scripturae mutatione, quam critici adhuc, quantum scio, intactam reliquerunt. Etenim quum multa alia in verborum terminationibus peccata sunt sive errore sive corrigendi studio, tum praecipue modi inter se permutati reperiuntur. Ut igitur supra participium *ποιευμένους* ex *ποιέειν* factum vidimus, ita in libri quarti capite undecimo simile deprehenditur mendum, quem locum, ut commoditati lectorum consulerem, huc transcribendum existimavi. Sunt enim ejus capitis initio haec scripta: *ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος ἔχων ὧδε, τῷ μάλιστα λεγομένῳ αὐτὸς πρόσκειμαι, Σκύθας τοὺς νομάδας οἰκέοντας ἐν τῇ Ἀσίῃ πολέμῳ πιεσθέντας ὑπὸ Μασσαγετέων οἴχεσθαι διαβάντας ποταμὸν Ἀράξεα ἐπὶ γῆν τὴν Κιμμερίην* (*τὴν γὰρ νῦν νέμονται Σκύθαι, αὕτη λέγεται τὸ παλαιὸν εἶναι Κιμμερίων*), *τοὺς δὲ Κιμμερίους ἐπιόντων Σκυθέων βουλεύεσθαι ὡς στρατοῦ ἐπιόντος μεγάλου, καὶ δὴ τὰς γνώμας σφέων κεχωρισμένας, ἐντόνους μὲν ἀμφοτέρας, ἀμείνω δὲ τὴν τῶν βασιλέων· τὴν μὲν γὰρ δὴ τοῦ δήμου φέρειν γνώμην, ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη μηδὲ πρὸς πολλοὺς μένοντας* (sic recte pro *δεόμενον*) *κινδυνεύειν, τὴν δὲ τῶν βασιλέων, διαμάχεσθαι περὶ τῆς χώρης τοῖσι ἐπιοῦσι. οὐκ ὦν δὴ ἐθέλειν πείθεσθαι οὔτε τοῖσι βασιλεῦσι τὸν δῆμον οὔτε τῷ δήμῳ τοὺς βασιλέας.* Ubi id minus miror a librariis peccatum esse in participio *κεχωρισμένας;* illud magis mirabile est, neminem editorum hac verbi forma offensum de vulgatae scripturae fide dubitasse. Prope crediderim cujusque mentem uno vitio tollendo, quod in *δεόμενον* inesse apparebat, adeo fuisse occupatam, ut alterum, etsi non minus apertum, oculorum aciem effugeret. Quod autem interpretantur: Cimmerios diversas in sententias abiisse, id quomodo in graecis verbis insit, ego quidem cogitatione assequi non possum, sed necessario in his, quum narrationem procedere illa ipsa interpretatione concedatur, requiritur infinitivus nec dubium est quin Herodotus scripserit: *κεχωρίσθαι*. De usu infinitivi perfecti conferas, si opus sit, ex. c. II, 124 *ἀποδεδέχθαι*, II, 121 (6) *ἐκπεπλῆχθαι*.

Libr. I, 134.

Ἐντυγχάνοντες δ' ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι, τῷδε ἄν τις διαγνοίη, εἰ ὁμοῖοί εἰσι οἱ συντυγχάνοντες· ἀντὶ γὰρ τοῦ προςαγορεύειν ἀλλήλους φιλέουσι τοῖσι στόμασι, ἢν δὲ ᾖ οὕτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται· ἢν δὲ πολλῷ ᾖ οὕτερος ἀγενέστερος, προςπίπτων προςκυνέει τὸν ἕτερον.

Quam penitus corruptelae in libris Herodoteis insederint, hujus loci tractatio clarissime demonstrabit. Equidem quum semper mirarer tam miram sententiam ab optimo scriptore esse prolatam, tamen non prius manum interpolatricem deprehendi quam usum conjunctionis *γάρ* post voces demonstrativas positae in quaestionem vocare instituissem. Nam quum in specimine emend. p. 13 contendissem, ubi ejusmodi vocabula praecedant, ibi non adhiberi conjunctionem, idque H. R. Dietschio V. D. dubium esse videretur (cf. praefationem novissimae ejus editionis p. X), totum Herodoti opus relegi, ut, si qui loci observationi meae aut repugnarent aut repugnare viderentur, eos colligerem omnes collectosque, quo facilius ea quaestio decidi posset, hic cum lectoribus communicarem. Quam igitur legem constanter ab Herodoto servatam esse videmus, ut, ubi praemissa voce demonstrativa sequentia indicantur, haec sine ulla conjunctione juxta ponat, eam in quibusdam locis videtur neglexisse. Sunt autem illi praeter eum, quem supra exscripsi, — nam vix unum me effugisse puto — numero undetriginta et quidem

In primo libro unus, qui est cap. 207:

νῦν ὦν μοι δοκέει διαβάντας προελθεῖν ὅσον ἂν ἐκεῖνοι διεξίωσι, ἐνθεῦτεν δὲ τάδε ποιεῦντας πειρᾶσθαι ἐκείνων περιγενέσθαι. ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι, Μασσαγέται εἰσὶ ἀγαθῶν τε Περσικῶν ἄπειροι καὶ καλῶν μεγάλων ἀπαθέες. τούτοισι ὦν τοῖσι ἀνδράσι τῶν προβάτων ἀφειδέως πολλὰ κατακόψαντας καὶ σκευάσαντας προθεῖναι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ ἡμετέρῳ δαῖτα κτλ.

In secundo quinque.

cap. 58: *τεκμήριον δέ μοι τούτου τόδε· αἱ μὲν γὰρ φαίνονται ἐκ πολλοῦ τευ χρόνου ποιεύμεναι, αἱ δὲ Ἑλληνικαὶ νεωστὶ ἐποιήθησαν.*

cap. 60: *ἐς μέν νυν Βούβαστιν πόλιν ἐπεὰν κομίζωνται, ποιεῦσι τοιάδε· πλώουσί τε γὰρ δὴ ἅμα ἄνδρες γυναιξὶ καὶ πολλόν τι πλῆθος ἑκατέρων ἐν ἑκάστῃ βάρι· αἱ μέν τινες τῶν γυναικῶν κρόταλα ἔχουσαι κροταλίζουσι, οἱ δὲ αὐλέουσι κατὰ πάντα τὸν πλόον, αἱ δὲ λοιπαὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἀείδουσι καὶ τὰς χεῖρας κροτέουσι.*

cap. 118: *ἔφασαν πρὸς ταῦτα τάδε, ἱστορίῃσι φάμενοι εἰδέναι παρ' αὐτοῦ Μενέλεω· ἐλθεῖν μὲν γὰρ μετὰ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν ἐς τὴν Τευκρίδα γῆν Ἑλλήνων στρατιὴν πολλὴν βοηθεῦσαν Μενέλεῳ, ἐκβᾶσαν δὲ ἐς γῆν καὶ ἱδρυθεῖσαν τὴν στρατιὴν πέμπειν ἐς τὸ Ἴλιον ἀγγέλους, σὺν δέ σφι ἰέναι καὶ αὐτὸν Μενέλεων.*

cap. 134: *καὶ γὰρ οὗτος Ἰάδμονος ἐγένετο, ὡς διέδεξε τῇδε οὐκ ἥκιστα· ἐπείτε γὰρ πολλάκις κηρυσσόντων Δελφῶν ἐκ θεοπροπίου ὃς βούλοιτο ποινὴν τῆς Αἰσώπου ψυχῆς ἀνελέσθαι, ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἐφάνη, Ἰάδμονος δὲ παιδὸς παῖς ἄλλος Ἰάδμων ἀνείλετο· οὕτω καὶ Αἴσωπος Ἰάδμονος ἐγένετο.*

cap. 164: *οἱ δὲ μάχιμοι αὐτῶν καλέονται μὲν Καλασίριές τε καὶ Ἑρμοτύβιες, ἐκ νομῶν δὲ τῶνδε εἰσί· κατὰ γὰρ δὴ νομοὺς Αἴγυπτος ἅπασα διαραίρηται· Ἑρμοτυβίων μὲν οἵδε εἰσὶ νομοί κτλ.*

In tertio quatuor.

cap. 31: *ἔγημε δὲ αὐτὴν ὧδε· οὐδαμῶς γὰρ ἐώθεσαν πρότερον τῇσι ἀδελφεῇσι συνοικέειν οἱ Πέρσαι· ἠράσθη μιῆς τῶν ἀδελφεέων Καμβύσης, καὶ ἔπειτεν βουλόμενος αὐτὴν γῆμαι κτλ.*

cap. 34: *τάδε δ' ἐς τοὺς ἄλλους Πέρσας ἐξεμάνη· λέγεται γὰρ εἰπεῖν αὐτὸν πρὸς Πρηξάσπεα, τὸν ἐτίμα τε μάλιστα καὶ οἱ τὰς ἀγγελίας ἐφόρεε οὗτος, τούτου τε ὁ παῖς οἰνοχόος ἦν τῷ Καμβύσῃ, τιμὴ δὲ καὶ αὕτη οὐ σμικρή, εἰπεῖν δὲ λέγεται τάδε· Πρήξασπες, κοῖόν μέ τινα νομίζουσι Πέρσαι εἶναι ἄνδρα, τίνας τε λόγους περὶ ἐμέο ποιεῦνται; κτλ.*

cap. 122: *σὺ νῦν ὧδε ποιήσας ὀρθώσεις μὲν σεωυτόν, σώσεις δὲ καὶ ἐμέ· ἐμοὶ γὰρ βασιλεὺς Καμβύσης ἐπιβουλεύει θάνατον καί μοι τοῦτο ἐξαγγέλλεται σαφηνέως· σὺ νῦν ἐμὲ ἐκκομίσας αὐτὸν καὶ χρήματα τὰ μὲν αὐτῶν αὐτὸς ἔχε, τὰ δὲ ἐμὲ ἔα ἔχειν.*

cap. 159: *ὡς δ' ἕξουσι γυναῖκας οἱ Βαβυλώνιοι, ἵνα σφι γενεὴ ὑπογίνηται, τάδε Δαρεῖος προιδὼν ἐποίησε (τὰς γὰρ ἑωυτῶν, ὡς καὶ κατ' ἀρχὰς δεδήλωται, ἀπέπνιξαν οἱ Βαβυλώνιοι τοῦ σίτου προορέοντες)· ἐπέταξε τοῖσι περιοίκοισι ἔθνεσι γυναῖκας ἐς Βαβυλῶνα κατιστάναι κτλ.*

In quarto quatuor.

cap. 15: *τάδε δὲ οἶδα Μεταποντίνοισι τοῖσι ἐν Ἰταλίῃ συγκυρήσαντα μετὰ τὴν ἀφάνισιν τὴν δευτέρην Ἀριστέεω ἔτεσι τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίοισι, ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος ἐν Προκοννήσῳ τε καὶ Μεταποντίῳ εὕρισκον. Μεταποντῖνοι γάρ φασι αὐτὸν Ἀριστέην φανέντα σφι ἐς τὴν χώρην κελεῦσαι βωμὸν Ἀπόλλωνι ἱδρύσασθαι κτλ.*

cap. 126: *τί φεύγεις αἰεὶ ἐξόν τοι τῶνδε τὰ ἕτερα ποιέειν; εἰ μὲν γὰρ ἀξιόχρεως δοκέεις εἶναι σεωυτῷ τοῖσι ἐμοῖσι πρήγμασι ἀντιωθῆναι, σὺ δὲ στάς τε καὶ παυσάμενος πλάνης μάχεσθαι, εἰ δὲ συγγινώσκεαι εἶναι ἥσσων, σὺ δὲ καὶ οὕτω παυσάμενος τοῦ δρόμου δεσπότῃ τῷ σῷ δῶρα φέρων γῆν τε καὶ ὕδωρ ἐλθὲ ἐς λόγους.*

cap. 144: *οὗτος δὲ ὁ Μεγάβαζος εἴπας τόδε τὸ ἔπος ἐλίπετο ἀθάνατον μνήμην πρὸς Ἑλλησποντίων· γενόμενος γὰρ ἐν Βυζαντίῳ ἐπύθετο ἑπτακαίδεκα ἔτεσι πρότερον Καλχηδονίους κτίσαντας τὴν χώρην Βυζαντίων· πυθόμενος δὲ ἔφη Καλχηδονίους τοῦτον τὸν χρόνον τυγχάνειν ἐόντας τυφλούς.*

cap. 161: *οὗτος ὢν ὠνὴρ ἀπικόμενος ἐς τὴν Κυρήνην καὶ μαθὼν ἕκαστα τοῦτο μὲν τριφύλους ἐποίησέ σφεας, τῇδε διαθείς· Θηραίων μὲν γὰρ καὶ τῶν περιοίκων μίαν μοῖραν ἐποίησε, ἄλλην δὲ Πελοποννησίων καὶ Κρητῶν, τρίτην δὲ νησιωτέων πάντων· τοῦτο δὲ τῷ βασιλέϊ Βάττῳ τεμένεα ἐξελὼν καὶ ἱρωσύνας τὰ ἄλλα πάντα, τὰ πρότερον εἶχον οἱ βασιλέες, ἐς μέσον τῷ δήμῳ ἔθηκε.*

In quinto unus isque cap. 87:

περιγενέσθαι μέντοι (sc. *λέγουσι Ἀθηναῖοι*) *οὐδὲ τοῦτον τὸν ἕνα ἀλλ' ἀπολέσθαι τρόπῳ τοιῷδε· κομισθεὶς γὰρ ἐς τὰς Ἀθήνας ἀπήγγειλε τὸ πάθος· πυθομένας δὲ τὰς γυναῖκας τῶν ἐπ' Αἴγιναν στρατευσαμένων ἀνδρῶν — πέριξ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον λαβούσας καὶ κεντεύσας τῇσι περόνῃσι τῶν ἱματίων εἰρωτᾶν ἑκάστην αὐτέων, ὅκῃ εἴη ὁ ἑωυτῆς ἀνήρ.*

In sexto tres.

cap. 23: *ἐν ᾧ τοιόνδε δή τι συνήνεικε γενέσθαι. Σάμιοι γὰρ κομιζόμενοι ἐς Σικελίην ἐγίνοντο ἐν Λοκροῖσι τοῖσι Ἐπιζεφυρίοισι, καὶ Ζαγκλαῖοι αὐτοί τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, τῷ οὔνομα ἦν Σκύθης, περιεκατέατο πόλιν τῶν Σικελῶν ἐξελεῖν βουλόμενοι. μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Ῥηγίου τύραννος — συμμίξας τοῖσι Σαμίοισι ἀναπείθει, ὡς χρεὼν εἴη Καλὴν μὲν ἀκτὴν — ἐᾶν χαίρειν, τὴν δὲ Ζάγκλην σχεῖν ἐοῦσαν ἐρῆμον ἀνδρῶν.*

cap. 53: *τάδε δὲ κατὰ ταὐτὰ λεγόμενα ὑπ' Ἑλλήνων ἐγὼ γράφω· τούτους γὰρ δὴ τοὺς Δωριέων βασιλέας μέχρι μὲν Περσέος τοῦ Δανάης, τοῦ θεοῦ ἀπεόντος, καταλεγομένους ὀρθῶς ὑπ' Ἑλλήνων καὶ ἀποδεικνυμένους ὡς εἰσι Ἕλληνες· ἤδη γὰρ τηνικαῦτα ἐς Ἕλληνας οὗτοι ἐτέλεον.*

cap. 137: *κατοικημένους γὰρ τοὺς Πελασγοὺς ὑπὸ τῷ Ὑμησσῷ ἐνθεῦτεν ὁρμεομένους ἀδικέειν τάδε· φοιτᾶν γὰρ αἰεὶ τὰς σφετέρας θυγατέρας ἐπ' ὕδωρ ἐπὶ τὴν Ἐννεάκρουνον (οὐ γὰρ εἶναι τοῦτον τὸν χρόνον σφίσι κω οὐδὲ τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι οἰκέτας), ὅκως δὲ ἔλθοιεν αὗται, τοὺς Πελασγοὺς ὑπ' ὕβριός τε καὶ ὀλιγωρίης βιᾶσθαί σφεας.*

In septimo septem.

cap. 53: *τῶνδε δὲ εἵνεκα προαγορεύω ἀντέχεσθαι τοῦ πολέμου ἐντεταμένως· ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι, ἐπ' ἄνδρας στρατευόμεθα ἀγαθούς· τῶν ἢν κρατήσωμεν, οὐ μή τις ἡμῖν ἄλλος στρατὸς ἀντιστῇ κοτε ἀνθρώπων.*

cap. 135: *αὕτη τε ἡ τόλμα τούτων τῶν ἀνδρῶν θώματος ἀξίη καὶ τάδε πρὸς τούτοισι τὰ ἔπεα. πορευόμενοι γὰρ ἐς Σοῦσα ἀπικνέονται παρ' Ὑδάρνεα. ὁ δὲ Ὑδάρνης — εἴρετο λέγων τάδε — πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε.*

cap. 147: *οἷκε δὲ αὐτοῦ αὕτη ἡ γνώμη τῇδε* (sic enim scribendum pro *τῇγε*) *ἄλλη· ἐὼν γὰρ ἐν Ἀβύδῳ ὁ Ξέρξης εἶδε πλοῖα ἐκ τοῦ Πόντου σιταγωγὰ διεκπλώοντα τὸν Ἑλλήσποντον ἔς τε Αἴγιναν καὶ Πελοπόννησον κομιζόμενα κτλ.*

2

cap. 148: *Ἀργεῖοι δὲ λέγουσι τὰ κατ' ἑωυτοὺς γενέσθαι ὧδε· πυθέσθαι γὰρ αὐτίκα κατ' ἀρχὰς τὰ ἐκ τοῦ βαρβάρου ἐγειρόμενα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· πυθόμενοι δὲ καὶ μαθόντες — πέμψαι θεοπρόπους κτλ.*

cap. 164: *τοῦτον δὴ ὁ Γέλων τὸν Κάδμον καὶ τοιούτῳ τρόπῳ ἀπικόμενον διὰ δικαιοσύνην, τήν οἱ αὐτὸς ἄλλην συνήδεε ἐοῦσαν, ἔπεμπε, ὃς ἐπὶ τοῖσι ἄλλοισι δικαίοισι τοῖσι ἐξ ἑωυτοῦ ἐργασμένοισι καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τούτων ἐλίπετο· κρατήσας γὰρ μεγάλων χρημάτων, τῶν οἱ Γέλων ἐπετράπετο, παρεὸν κατασχέσθαι οὐκ ἐθέλησε.*

cap. 168: *Κερκυραῖοι δὲ τάδε ὑποκρινάμενοι τοῖσι ἀγγέλοισι τοιάδε ἐποίησαν· καὶ γὰρ τούτους παρελάμβανον οἱ αὐτοὶ οἵπερ καὶ ἐς Σικελίην ἀπίκατο, λέγοντες τοὺς αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ πρὸς Γέλωνα ἔλεγον. οἱ δὲ παραυτίκα μὲν ὑπίσχοντο πέμψειν τε καὶ ἀμυνέειν — ὑπεκρίναντο μὲν οὕτω εὐπρόσωπα, ἐπεὶ δὲ ἔδεε βοηθέειν, ἄλλα νοεῦντες ἐπλήρωσαν νέας ἑξήκοντα κτλ.*

cap. 221: *μαρτύριον δέ μοι καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τούτου πέρι γέγονε· οὐ γὰρ μοῦνον τοὺς ἄλλους, ἀλλὰ καὶ τὸν μάντιν, ὃς εἵπετο τῇ στρατιῇ ταύτῃ — φανερός ἐστι Λεωνίδης ἀποπέμπων, ἵνα μὴ συναπόληταί σφι.*

In octavo tres.

cap. 87: *κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην τάδε ἐγένετο, ἀπ' ὧν εὐδοκίμησε μᾶλλον ἔτι παρὰ βασιλέϊ. ἐπειδὴ γὰρ ἐς θόρυβον πολλὸν ἀπίκετο τὰ βασιλέος πρήγματα, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἡ νηῦς ἡ Ἀρτεμισίης ἐδιώκετο ὑπὸ νεὸς Ἀττικῆς· καὶ ἡ οὐκ ἔχουσα διαφυγέειν, ἔμπροσθε γὰρ αὐτῆς ἦσαν ἄλλαι νέες φίλιαι, ἡ δὲ αὐτῆς πρὸς τῶν πολεμίων μάλιστα ἐτύγχανε ἐοῦσα, ἔδοξέ οἱ τόδε ποιῆσαι, τὸ καὶ συνήνεικε ποιησάσῃ· διωκομένη γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀττικῆς φέρουσα ἐνέβαλε κτλ.*

cap. 94: *τῇδε δὲ συμβάλλονται εἶναι θεῖον τὸ πρῆγμα· ὡς γὰρ ἀγχοῦ γενέσθαι τῶν νεῶν, τοὺς ἀπὸ τοῦ κέλητος λέγειν τάδε κτλ.*

cap. 120: *μέγα δὲ καὶ τόδε μαρτύριον· φαίνεται γὰρ Ξέρξης ἐν τῇ ὀπίσω κομιδῇ ἀπικόμενος ἐς Ἄβδηρα καὶ ξεινίην τέ σφι συνθέμενος καὶ δωρησάμενος αὐτοὺς ἀκινάκῃ τε χρυσέῳ καὶ τιήρῃ χρυσοπάστῳ.*

In nono unus isque cap. 41:

βουλευομένων δὲ αἵδε ἦσαν αἱ γνῶμαι· ἡ μὲν Ἀρταβάζου, ὡς χρεὸν εἴη ἀναζεύξαντας τὴν ταχίστην πάντα τὸν στρατὸν ἰέναι ἐς τὸ τεῖχος τὸ Θηβαίων — κατ' ἡσυχίην τε ἱζομένους διαπρήσσεσθαι ποιεῦντας τάδε· ἔχειν γὰρ χρυσὸν πολλὸν μὲν ἐπίσημον, πολλὸν δὲ καὶ ἄσημον, πολλὸν δὲ καὶ ἄργυρόν τε καὶ ἐκπώματα· τούτων φειδομένους μεδενὸς διαπέμπειν ἐς τοὺς Ἕλληνας κτλ.

Hos igitur locos si quis accurate inspexerit, majorem eorum partem ei, quam diximus, legi non repugnare, sed prorsus cum illa consentire reperiet. Nam ubi sententia ea annectitur, qua non id contineatur, quod verbis antecedentibus indicatum est, sed ejus tantum rei, quae infra refertur, explicandae causa aliquid interponatur, ut id quasi parenthesis locum obtineat

(cujus etiam signum nonnullis in locis adhibuerunt editores), ibi particula *γάρ* suum habet locum. Haec est ratio eorum locorum, quos ex primo et quinto et nono libro attuli, duorum secundi (cap. 60 et 164), omnium tertii, unius quarti (cap. 144) itemque sexti, omnium denique septimi exceptis duobus (cap. 164 et 221). Qui omnes certi sunt nec ullo modo addubitandi, neque vero, id quod debet notari, diversam habent scripturam, nisi quod V, 87 codices M. P. K. F. *ἄρα* pro *γάρ* exhibent neque abest suspicio quin ibi verba *κομισθεὶς — πάθος* ab aliena manu sint addita. At qui restant, in iis, quum et causa, propter quam in superioris classis locis conjunctionem recte se habere demonstravi, desit et codices ipsi in bona parte varient, non est quod particulam diutius toleremus. Nam paucitas eorum infinitae multitudini illorum, in quibus nulla exstat conjunctio, cedat necesse est. Si enim duos locos libri quarti (cap. 15 et 161), quos jam ab aliis jure mutatos video, exceperis, undecim relinquuntur, desiderantes qui inane grammaticorum additamentum removeat. Et ne illi quidem expertes mutationis debebunt esse, quibus ex Atticorum usu particula possit adjungi, illos dico, in quibus cum pronomine demonstrativo *τεκμήριον* vel *μαρτύριον* praemittitur. Memorabilis est in hoc genere locus ex libri septimi capite 221 supra a me allatus, ubi, quum optimi codices *ὅτι καὶ τὸν μάντιν*, genuinam certe scripturam, exhibeant, vulgata manifestam horum verborum explicationem, particula *γάρ* inserta, habet. Nec minus, ut hoc quoque addam, aperta est interpolatio II, 134; quem locum quum male intelligerent et apodosin a voce *οὕτω* incipere putarent, initio sententiae etiam *ἐπείτε* adjecerunt.

Iam revertor ad eum locum, a quo profectus sum, ut propositam quaestionem novo argumento profligare properem. Est enim is sic comparatus, ut singulari plane exemplo doceat rariorem illum particulae usum interpositioni deberi alienae manus ne tum quidem temperantis ab inserenda post vocem aliquam demonstrativam conjunctione, si sententia hujusmodi vocabulum prorsus excludebat. Nam si aliis locis ignoratione consuetudinis Herodoteae aliquid alieni obtrusum est sententia ipsa non mutata, hic perversa interpretatione factum est, ut male inserta particula et sermonis integritas periret et sententia prava exsisteret. Piget me morari in re perspicua et multum esse in refellendis ineptiis, quas nescio quis umbraticus praeclaro scriptori intulit; satis habeo dixisse trium membrorum periodum misere laceratam restitui, si inepta particula de alieno addita ejiciatur. Sic enim scripserat Herodotus:

> *Ἐντυγχάνοντας δ᾽ ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι τῷδε ἄν τις διαγνοίη. εἰ ὁμοῖοί εἰσι οἱ συντυγχάνοντες, ἀντὶ τοῦ προςαγορεύειν ἀλλήλους φιλέουσι τοῖσι στόμασι· ἢν δὲ ᾖ οὕτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται· ἢν δὲ πολλῷ ᾖ οὕτερος ἀγενέστερος, προςπίπτων προςκυνέει τὸν ἕτερον.*

De dictione ipsa taceo; quam exemplis confirmare peritis sermonis Herodotei supervacaneum, imperitis non tanti esse judico.

Libr. I, 143.

Τούτων δὴ ὦν τῶν Ἰώνων οἱ Μιλήσιοι μὲν ἦσαν ἐν σκέπῃ τοῦ φόβου ὅρκιον ποιησάμενοι, τοῖσι δὲ αὐτῶν νησιώτῃσι ἦν δεινὸν οὐδέν· οὔτε γὰρ Φοίνικες ἦσάν κω Περσέων κατήκοοι οὔτε αὐτοὶ οἱ Πέρσαι ναυβάται. ἀπεσχίσθησαν δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων Ἰώνων οὗτοι κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ἀσθενέος δὲ ἐόντος τοῦ παντὸς τότε Ἑλληνικοῦ γένεος, πολλῷ δὲ ἦν ἀσθενέστατον τῶν ἐθνέων τὸ Ἰωνικὸν καὶ λόγου ἐλαχίστου· ὅτι γὰρ μὴ Ἀθῆναι, ἦν οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον.

In Cyri historia Herodotus ad Iones, quibus ille arma intentabat, progressus, postquam hac data opportunitate in capite 142 eorum sedes atque dialectos enumeravit, transitum sibi parans ad reliqua de eadem gente persequenda, quod jam supra de Milesiis dixerat id capitis 143 initio repetit additque iis ex Ionibus, qui incolebant insulas, nihil fuisse periculi. Tum de iisdem Ionibus, quorum Panionium erat, dicere pergit causamque affert, propter quam sese a reliquis hujus nominis stirpisque Graecis antiquitus separaverint. Haec tam perspicue dicta videntur, ut magnopere mirer potuisse interpretes, quo pronomen *οὗτοι* esset referendum, dubitare. Ac Baehrius quidem V. D. rem in medio relinquens haec in editione sua scribit: „*οὗτοι*, si vulgarem sermonis usum spectes, referendum erit ad proxime antecedentia indeque de insulanis accipiendum. Larcherus in versione Gallica ad Milesios retulit, qui induciis cum Cyro factis se a reliquorum Ionum societate sejunxerant. Alter Gallus interpres de utrisque intellexit, de Milesiis et de insulanis. Utut est, hos Iones vult Herodotus se a reliquis Ionibus sejunxisse non aliam ob causam quandam, verum ideo quod, cum omnis stirps Graeca tunc temporis infirma fuerit, multo tamen infirmissima exstiterit gens Ionica, nec magni momenti". Guilielmus autem Dindorfius Larcherum videtur secutus esse, nam in editione Parisiensi haec leguntur: „Separaverant se autem hi Iones (M i l e s i i) a ceteris Ionibus." Rectissime contra Lhardyus, qui (ut alio loco demonstrabo) multa rectius aliis explicavit, pronomen illud ita interpretatus est, ut duodecim civitatum incolas denotari diceret.

Sed ut veniamus ad id, cujus causa graeca verba supra sunt exscripta, clamitat locus, ut sibi pristinus reddatur nitor, quem crassa librariorum manus destrinxit et ineptam sententiam et insolentem verborum constructionem inferendo. Nam dicere Iones illos sejunxisse se a ceteris nullam aliam ob causam quam propter infirmitatem universae tunc nationis Graecorum, longe autem infirmissimam fuisse et minimi momenti gentem Ionicam, hoc quidem puerilis esset infantiae, non oris rotundi Musarum. Perparva autem, ut saepe ita hoc quoque loco, opus est mutatione, ut vitium tollatur; scribendum est enim:

Ἀπεσχίσθησαν δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων Ἰώνων οὗτοι κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ἀσθενέος δὲ ἐόντος τοῦ παντὸς τότε Ἑλληνικοῦ γένεος πολλῷ τ ε ἦν ἀσθενέστατον τῶν ἐθνέων τὸ Ἰωνικὸν καὶ λόγου ἐλαχίστου.

Ita demum et ea dici, quae dici debent, et congruenter dici sermoni Herodoteo apertum est. Sententia enim scriptoris haec est: Sejunxisse se a ceteris Ionibus eos, qui Asiam incolerent, nulla alia de causa nisi quod in communi tunc nationis Graecorum infirmitate longe omnium et infirmissima fuerit et minimae famae gens Ionica. Congruere autem dicta consuetudini Herodoti ne quis dubitet, hunc conferat locum, qui est VI, 51: *ἐν δὲ τῇ Σπάρτῃ τοῦτον τὸν χρόνον ὑπομένων Δημάρητος ὁ Ἀρίστωνος διέβαλε τὸν Κλεομένεα, ἐὼν βασιλεὺς καὶ οὗτος Σπαρτιητέων, οἰκίης δὲ τῆς ὑποδεεστέρης, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν ὑποδεεστέρης (ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ γεγόνασι), κατὰ πρεσβυγένειαν δέ κως τετίμηται μᾶλλον ἡ Εὐρυσθένεος.* Simili modo corruptus olim legebatur locus, qui est in libri septimi capite primo: *τούτων δὲ περιαγγελλομένων ἡ Ἀσίη ἐδονέετο ἐπὶ τρία ἔτεα καταλεγομένων τε τῶν ἀρίστων ὡς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατευσομένων καὶ παρασκευαζομένων. τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ Αἰγύπτιοι ὑπὸ Καμβύσεω δουλωθέντες ἀπέστησαν ἀπὸ Περσέων.* Ubi quum necessario cum verbis *τούτων δὲ — ἔτεα* ea, quae proxime sequuntur, cohaereant, disjuncta sunt in omnibus fere codicibus *δέ* pro *τέ* vitiose scripto nec, quum sententia semel perturbata esset, fieri potuit quin etiam conjunctio post *τετάρτῳ* expelleretur.

Omnino in particula *δέ* innumerabilibus locis peccatum esse a librariis docent enotatae e codicibus scripturae. Atque ut totum hoc errorum genus hoc loco comprehendam, aut confusam illam cum aliis, praecipue *τέ* et *δή*, aut omissam aut male additam esse reperio. Quorum errorum partem etiamnunc in editis libris inveniri quum per se credibile est tum iis exemplis, quae nunc afferenda putavi, satis, opinor, probabitur. Ac primi quidem generis exempla haec sint:

> I, 108: *οὔτε ἄλλοτέ κω παρεῖδες ἀνδρὶ τῷδε ἄχαρι οὐδὲν, φυλασσόμεθα δὲ ἐς σὲ καὶ ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον μηδὲν ἐξαμαρτεῖν.*

Valde hic suspecta videtur vocula *δέ* consideranti praeter alios locos etiam VI, 1 post *οὔτε εἰδέναι ἔφη* a bono libro praeberi *ἐθώμαζε δὲ* et I, 190 post verba *χρόνου τε ἐγγινομένου συχνοῦ* majorem codicum partem suppeditare *ἀνωτέρω δέ*, quibus in duobus locis hodie nemo animum inducet *δέ* pro *τέ* recipere.

> I. 147: *ἀλλὰ γὰρ περιέχονται τοῦ οὐνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων Ἰώνων, ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες· εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων γεγόνασι καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν.*

Quae verba nemo interpretum, quantum scio, praeter Baehrium intellexit, cujus in editione ad hunc locum scripta sunt haec: „Hos Iones (qui duodecim illas condiderint urbes in Asia) magis huic (Ionum) nomini adhaerere, illudque magis tueri quam reliquos Iones, qui ejusdem sint stirpis, Herodoti est sententia, quae sane congruit cum iis, quae I, 146 idem posuerat de his Ionibus, quos nobiliori stirpe prognatos si quis dicere vellet, absurdum id dixerat. Quapropter addit: *ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες* i. e. sint vero etiam hi genuini Iones; quibus declarat se nihil intercedere velle, si quis eos habere vellet genuinos Iones, modo hoc teneatur, omnes alios quoque Iones esse, quotquot Athenis oriundi Apaturiorum agant festum.“

Sed quamvis ille sententiam recte explicaverit, tamen nec verba bene distinxit neque vitium in iis latens detexit. Est enim sine dubio in hunc modum scribendum: *Ἀλλὰ γὰρ περιέχονται τοῦ οὐνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων Ἰώνων, ἔστωσαν δὴ καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες. εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες κτλ.* „Sed quoniam nomen Ionicum magis amplectuntur quam ceteri, sint genuini sane Iones (quales haberi volunt). Sunt vero Iones omnes quotquot agunt Apaturia." Ad confirmandam hanc emendationem unum apponam locum, qui est V, 3: *ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μή κοτε ἐγγένηται, εἰσὶ δὴ κατὰ τοῦτο ἀσθενέες.* Qui locus sic vertendus est: Sed quoniam hoc iis difficile factu est adeoque nunquam fieri potest, eo sane infirmi sunt.

IV, 145: *τῶν ἐκ τῆς Ἀργοῦς ἐπιβατέων παίδων παῖδες ἐξελαθέντες ὑπὸ Πελασγῶν τῶν ἐκ Βραυρῶνος ληϊσαμένων τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας, ὑπὸ τούτων ἐξελαθέντες ἐκ Λήμνου οἴχοντο πλώοντες ἐς Λακεδαίμονα κτλ.*

Hic particulam *δέ* post verba *ὑπὸ τούτων* a codicibus Florentino et Mediceo oblatam superiores editores servaverunt, recentiores sustulerunt, neutri, ut videntur, recte. Nam pro *δέ* mendose scripto restitui debet, quam Schaeferus revocavit, particula *δή*. Solet enim Herodotus, ubi Epici exemplo nomen aliquod praegressum perspicuitatis causa per pronomen demonstrativum repetit, id aut solum aut cum particula *δή* conjunctum ponere. Cf. VI, 42: *τὰς χώρας σφέων μετρήσας κατὰ παρασάγγας, τοὺς καλεῦσι οἱ Πέρσαι τὰ τριήκοντα στάδια, κατὰ δὴ τούτους μετρήσας* — VI, 58: *φάμενοι τὸν ὕστατον αἰεὶ ἀπογενόμενον τῶν βασιλέων, τοῦτον δὴ γενέσθαι ἄριστον* — VII, 43: *ἀπικομένου δὲ τοῦ στρατοῦ ἐπὶ τὸν Σκάμανδρον, ὃς πρῶτος ποταμῶν — πινόμενος, ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν ποταμὸν ὡς ἀπίκετο Ξέρξης.*
Omissam autem voculam *δέ* in his locis desideramus:

VIII, 44: *οὗτοι μέν νυν Πελοποννησίων ἐστρατεύοντο, οἱ δὲ ἐκ τῆς ἔξω ἠπείρου· Ἀθηναῖοι μὲν πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενοι νέας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν, μοῦνοι· κτλ.*

Nihil rectius Schweighaeuseri emendatione, qui sic scribendum censebat: *οἵδε δὲ ἐκ τῆς ἔξω ἠπείρου.* Nam quod vulgo legitur codicum, ut videtur, omnium auctoritate munitum, id nihil aliud significaret nisi hoc: populi autem continentem extra Peloponnesum habitantes; sententia igitur esset nulla, sed quum nihil amplius, quod eo pertineat, sequatur, inchoata tantum esset, non ad finem perducta. At illud *οἵδε δὲ* et flagitatur sermonis graeci ratione, non scriptoris solum consuetudine, et facile supplementum ex iis, quae antecedunt, admittit. Eodem jure correctum est, quod olim vulgabatur in libro primo cap. 142: *αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταὐτὰ διαλεγόμεναι σφι· αἱ δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ* — eodem, quod ante legebatur in libro secundo cap. 55: *ταῦτα μέν νυν τῶν ἐν Θήβῃσι ἱρέων ἤκουον· τὰ δὲ Δωδωναίων φασὶ αἱ προμάντιες* — eodemque jure correxit Eltz, quod codices exhibent omnes in libro primo cap. 100: *ταῦτα μὲν κατὰ τὰς δίκας ἐποίεε· τὰ δὲ δὴ* (leg. *τάδε δὲ*) *ἄλλα ἐκεκοσμέατό οἱ.*

I, 151: *αὗται μέν νυν αἱ ἠπειρώτιδες Αἰολίδες πόλιες, ἔξω τῶν ἐν τῇ Ἴδῃ οἰκημένων· κεχωρίδαται γὰρ αὗται. αἱ δὲ τὰς νήσους ἔχουσαι πέντε μὲν πόλιες τὴν Λέ-*

σβον νέμονται — ἐν Τενέδῳ δὲ μία οἰκέεται πόλις, καὶ ἐν τῇσι Ἑκατὸν νήσοισι καλεομένῃσι ἄλλη μία.

Pro certo habeo librariorum incuria speciem negligentiae his verbis esse impositam, quae adimetur, si parvam vocem cum *δέ* compositam restituerimus. Sicut enim II, 95 in verbis *τὴν δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται* omnibus in codicibus praeter Florentinum *τάδε* post *νύκτα* propter hujus vocabuli terminationem intercidit, ita hoc loco post *ἔχουσαι* cum fine hujus priore syllaba sequentis voculae in unum confusa posterior plane neglecta est. cf. quae dixi in specimine emend. p. 16. Quodsi reposuerimus: *αἱ δὲ τὰς νήσους ἔχουσαι αἵδε· πέντε μὲν πόλιες τὴν Λέσβον νέμονται κτλ.*, omnia recte procedent. Pertinet huc etiam is locus, qui est II, 42: *τέλος δὲ, ἐπείτε λιπαρέειν τὸν Ἡρακλέα, τὸν Δία μηχανήσασθαι κριὸν ἐκδείραντα προέχεσθαί τε τὴν κεφαλὴν ἀποταμόντα τοῦ κριοῦ, καὶ ἐνδύντα τὸ νάκος οὕτω οἱ ἑωυτὸν ἐπιδέξαι*, ubi si verbis *τὸν Δία μηχανήσασθαι* pronomen *τάδε* adjeceris, sermo exsistet Herodoteus.

II, 76: *τῶν μὲν δὴ μελαινέων τῶν μαχομένων πρὸς τοὺς ὄφις ἥδε ἰδέη, τῶν δ' ἐν ποσὶ μᾶλλον εἰλευμένων τοῖσι ἀνθρώποισι (διξαὶ γάρ δή εἰσι αἱ ἴβιες) ψιλὴ τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν δειρὴν πᾶσαν κτλ.*

Hoc quoque loco quod proposuit Schweighaeuserus prorsus Herodoteum est; reponendum enim ante vocem *ψιλή* pronomen *ἥδε*, cujus optimi codices priorem tantum partem servaverunt *η ψιλή* exhibentes.

Denique male addita in his duobus locis reperitur.

